



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Animadversio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

dimendum successor) immo vnum emit & alterum, facellum in Raumenthal construxit honori SS. Trinitatis, & Beati Vdalrici. Tribus locis erexit Christi statuas è eruce cum latronibus, pendentis, quæ tacere nolui, qui deteriora dixi.

## XXVII.

Post hunc Ioannes Reismair Oderting natus ad Ambram, pago prouincie Landspergensis, Pollingenis Monasterij presbyter professus & parochus in Beisenberg, Vdalrico relegato Rotenbuchium, ceteris de collegio per alia conobia dispersis, vtriusque magistratus auctoritate ad Diessensem vocatus Praepositoram, Monasterio tam fuit utilis, quam noxij, qui eum proxime antecelerunt. Annos præfuit XV, desitque viuere IV. Id. April. anno CIO. id. LIX.

XIX.

## XXVIII.

In eius locum eodem anno scrutinio electus Balthasar Gütter Krähoniensis. (quæ villa solitaria est paroecia Beisenbergica) in decessoris sui vestigis, perrexit laudabiliter. Emit optimam vineam Terlani ad Athesin. Ecclesiam S. Rassoni nouam eamque ampliorem condidit. Depositus curam Cœnobij cum vitâ anno CIO. id. x. Nonis Februarij, sepulchrum nactus iuxta aram Sanctæ Annae.

## XXIX.

Simon Werlinus Landspergensis, post obitum Balthasaris, IV. Id. Mart. via Compromissi Prepositus creatus est, qui adhuc de suis præceritis, praetibus, futuris actionibus Dei iudicium exspectat.

## ANIMADVERSIO.

Pag. 259. v. 18. fundatrix, lege dominatrix, ita lapis. pag. 263. & seq. pro Diezen pone Diezen, ita codex MS. ead. pag. & seq. pro Oudalricus, Rourpertus, de Boule, legendum de Buole, Ruoptpertus, sicut Heluetij etiamnum gues / rues / mues.

EBERSPERG MONASTERIVM  
SANCTI BENEDICTI.

**E**BERSPERG castrum olim inter Oenum & Sennonas, nunc Sempta amnes situm in sylva, quam Ioannes Auentin, lib. 4. fol. 477. Carnodunensem olim apellatam dicit, nunc Eberspergensis vocatur à Sigardo, Comite de Sempta, aduersus Vngarorum irruptiones, admonentib. sacris vaticibus, Conrado de Hevva ex Hegouia, & Gebhardo Argentinensi sanctissimis ac facundissimis eius temporis viris, conditur. Ab a pro quem ibi inuenit, Ebersperg nomen accepit, circa annum 900.

**E**BERHARDVS & Adalbero, Comites de Sempta, Nepotes Sigwardi ex Ratholdo filio. post bellum Vngaricum, cui Anno Domini 955. interiuerunt, cum Sorore Wilpirga Templum diu Sebastiano in arce sua Ebersperg construxerunt. An. Domini 970. Ipsi paucis post diebus mortui sunt, & haec sunt principia huius Monasterij.

**V**LRICVS, filius Adalberonis, cum coniuge sua Richarda, sorore Maruardi, Carinthiæ Marchionis, Eberspergi Collegium pro Monachis Augustinianis instituerunt, ipsa obiit 1013. ipse 1019. ambo ibidem sepulti.

**ADALBERO** tertius, filius Vlrici, cum coniuge Richildi, sorore Welfo-